

Caesar - De Bello Gallico (Liber VI) Kapitel 13 Satz 1-4

(Marie Stanke)

1 In omni Gallia eorum hominum,

qui aliquo sunt numero atque honore,

genera sunt duo.

2 Nam plebes paene servorum habetur loco,

quae nihil audet per se,

nullo adhibetur consilio.

3 Plerique,

cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum aut
iniuria potentiorum premuntur,

sese in servitatem dicant nobilibus:

in hos eadem omnia sunt iura,

quae dominis in servos.

4 Sed de his duobus generibus alterum est druidum,

alterum equitum.

5 Illi rebus divinis intersunt,

sacrificia publica ac privata procurant,

religiones interpretantur:

ad hos magnus adolescentium numerus disciplinae causa

concurrit,

magnoque hi sunt apud eos honore.